

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Libertas b

cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Libertas b:

Quidam religionem nostram quam manifestissimis et paucissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia uoluit esse liberam, seruilibus premunt oneribus.

Augustinus in libro ad inquisitiones Ianuarii.

Fons proximus:

Sed non minus videtur libertas populi Christiani impediri per multitudinem observantiarum quam per multitudinem sacramentorum: dicit enim Augustinus, in libro *ad Inquisitiones Ianuarii*, quod quidam ipsam religionem nostram, quam manifestissimis et paucissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia voluit esse liberam, servilibus premunt oneribus.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 147.3.3 (P. Caramello ed., pp.635-6).

Fons primus:

quamuis enim neque hoc inueniri possit, quo modo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam uoluit, seruilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit condicio Iudeorum, qui, etiam si tempus libertatis non cognouerunt, legalibus tamen sarcinis, non humanis praesumptionibus subiciuntur.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 55.19 (CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.210, ll.8-14).